

PRACTICO-RECEPTÆ  
EXPLANATIONES  
A D  
CODICEM FABRIANVM

Definitionum Forensium, & Rerum in Sacro  
Sabaudia: Senatu tractatarum,

A V C T O R E

NICOLAO VINCENTIO SCOPPA  
I. C. NEAPOLITANO.  
I N Q V I B V S

Singula Senatus-Consulta eodem in Codice suo ordine contenta, tum ex utroque  
Iure scripto, tum ex Supremorum Senatum totius Europæ placitis, rebusque  
iudicatis, non minus concinne, quam eruditè illustrantur, & declarantur.

Variæque præterea agitatae controversiæ non ablimiles, summèque conferentes;  
utilitèr subnectuntur, & non ipsa tantum Iuris ratione; sed & Priscorum,  
Recentiorumque Patrum doctrinis, ac frequenti rerum iudicatarum  
authoritate, resoluuntur, & confirmantur.

Opus tum Patrocinantibus, tum Iudicantibus quocumque in Foro summoperè  
commodum, Iuris Studiosis, atque Erudicis periuicundum,  
& maximè necessarium.

Duplici adiecto Indice: Titulorum scilicèt, & Rerum, ac Sententiarum notabilium.



NEAPOLI, Typis Caroli Porpora, & Nicolai Abri: M. DCCLII.

EXPENSIS CAROLI PORPORA, IN CUIUS LIBRARIIS PROSTANT.



ILLVSTRISSIMO DOMINO

D. T H O M Æ  
A L T I M A R O

BARONI TERRARVM ARCHI, ET BOMBÆ.



**L**Nsigne Opus: Explanationum Practico-  
Receptarum ad Codicis Fabriani Definitiones Forenses, D.  
Nicolai Vincentij Scoppa, Præstantissimi I. C. Neapolitani, & benè cogniti, ob alia legalia Opera edita, magnoque plausu recepta, Cum in lucem dare, impressum nostris expensis, debuissimus, statim in nostram mentem venit, illud dicare debere Dominationi Vestræ, ex Illustrissima Familia Florentina Adimaria progenito, & ad illam reintegrato, Decreto Incltyti Florentini Senatus anno 1693. Quæ per spatium paulò minus ducentum annorum, plura feuda nobilia, in Celentano Solo possedit, & nuper Dominatione Vestra aggregata, omnium Nobilium Voto, ad antiquam Ciuitatis



# CANONICA APPROBATIO

EMINENTISSIMO SIGNORE.

**C**arlo Porpora Libraro supplicando espone à V. E. come desidera far stampare vn'Opera Legales intitolata: *Practico-Recepta Explanations ad Codicem Fabrianum*, composta dal Dottore Nicolò Vincenzo Scoppa. Supplica per tanto commettere la reuisione di quella à chi parerà à V. E. acciò possa stamparsi, e lo riceuerà à gratia, vt Deus.

*Dominus Canonicus D. Antonius Cangiano videat, & in scriptis referat, die 23. Februarij 1699.*

IO: ANDREAS SILIQVINVS VIC. GEN.

D. Ianuarius de Auria Canonicus Deputatus.

EMINENTISSIME, AC REVERENDISSIME DOMINE.

**M**andato Eminentiae tuae, auidos, ac peractos dedi oculos primo libro Operis legalis in nouem libris distributi, cuius est titulus: *Practico-Recepta Explanations ad Codicem Fabrianum*, compositi à doctissimo Viro aequè, & eruditissimo huius aevi Iure Consulto, D. Nicolao Vincentio Scoppa. In quo nihil est quod periosum non sit, & aeternis Iurisprudantium monumentis, praeconiisque celebrandum. Singulae enim Explanations sunt solidioris sapientiae thesauri; singula Capita sunt ingenia purioris auri talenta; singulae Lineae sunt margaritarum nitidae conchae; singula denique Verba sunt totidem candidae gemmae. Nec verò est, vt exquiras: an quid sit Fidei, moribusque aduersum? Sanè nemo rectè suspicatus esset, Auctorem quid vnquam mente concipere, literisque mandare potuisse, quod non consonum Fidei Orthodoxae, ac bonis moribus esset. Ipsius enim pia facundia butyrum, & mel comedit, ideòque eructare nequit aduersus Fidem verbum malum, aut in mores non inducere praelo fragrantiam, in quibus oretenus effacit perfectionem. Quamobrem dignum cenfeo, vrisse primus Liber, lucidissimam exprimens lucem, praelo mandari possit, si ita videbitur Eminentiae tuae. Neapoli hac die 2. Ianuarij 1701.

Eminentiae tuae Reuerendissimae.

*Humillimus Cilius  
Antonius Cangianus*

Attenta suprascripta relatione Domini Canonici Reuisoris, Imprimatur. Neap. 26. Iunij 1702.

IO: ANDREAS SILIQVINVS VIC. GEN.

D. Petrus Marcus Gypsius Canonicus Deputatus.

# REGIA APPROBATIO.

EXCELLENTISSIMO SIGNORE.

**C**arlo Porpora Libraro supplicando espone à V. E. come desidera stampare vn'Opera Legale intitolata: *Practico-Recepta Explanations ad Codicem Fabrianum*, composta dal Dottor Nicolò Vincenzo Scoppa. Supplica per tanto V. E. commettere la reuisione à chi le pare, acciò possa ottenere la licenza di stamparsi, & lo riceuerà à gratia, vt Deus.

Reg. Conf. D. Blasius Altamarinus videat, & in scriptis referat.

GASCON R. ANDREAS R. ANDREASSI R. GVERRERO R. MERCADO R.  
Prouisum per S. E. Neap. die 6. Octobris 1700.

*Mastellonus.*

EXCELLENTISSIME DOMINE.

**S**uauis cura, ac ineffabili animi voluptate exequutus sum, quae impetasti circa hoc Opus Legale, in nouem libris diuisum, cuius inscriptio est: *Practico-Recepta Explanations ad Codicem Fabrianum*. Quod non solum summo cum labore, & diligentia; verum etiam doctrinae copia scripsit praestantissimus I. C. D. Nicolaus Vincentius Scoppa. Legi enim hoc idem Opus, non perfunctorie, non extemporanea; sed matura, iugique lectione, ac innixo discendi conatu volui, & reuolui, demiratus semper variae, ac omni generis eruditionis, qua totum Opus ornatur, electam congeriem, nisi malimus dicere, Scientiarum omnium Encyclopediam. Constat quippe eximjis, ac numeris omnibus perfectis Explanationsibus ad singulas Definitiones Codicis; quem praetiarissimum Iurisprudenciae lumen Antonius Faber, ad exemplum Codicis Iustinianei effixit, & modò hic noster Auctor aggressus, quod à ne-  
mine



# PRACTICO-RECEPTÆ EXPLANATIONES

AD LIBRVM PRIMVM  
CODICIS FABRIANI

Definitionum Forensium, & Rerum in Sacro  
Sabaudia Senatu tractatarum.

AUCTORE

NICOLAO VINCENTIO SCOPPA  
I. C. NEAPOLITANO.



P R Æ L O Q V I V M.



Clarissimi ANTONIJ FABRI  
mirabile Opus, quod CODEX  
FABRIANVS inscriptum,  
est, cum nostris simus EXPLA-  
NATIONIBVS SCOPPA-  
NIANIS illustrari, nemo  
forsan ex Iurisperentiam,  
proficientibus erit, qui Nos in

1 tam difficilem, penèque inaccessibilem susci-  
piendo Prouinciã non admirabitur. Quando-  
quidem Senatus-Consulta, quibus Civilis scien-  
tiæ præcepta constant, complectitur, non mo-  
dò centena, sed & ad eum usque numerum, quem  
penè numerari non posse, facile primo intuitu  
videtur. Illa nimirum, quæ quotidie memorabi-  
liora, & Rei publicæ statui utiliora, è Sacro, &  
Supremo SENATV SABAVDIÆ, elapso iam  
seculo, prodibant. Conscripta ab eodem clarissi-  
mo Antonio Fabro, ipsius Senatus Supremo Præ-  
sidente, qui haud, nullo penè ordine, materiã  
nulla sibi præscripta serie, sicut aliorum, vt plu-  
rimum mos est, quibus idem studium, & propo-  
situm fuit, conscribendarum, vt vocant, *Decisio-  
num*; sed ex ordine titulorum Codicis Iustiniani  
eadem concinnè disposuit in eo Volumine, quod  
ideo Codicem inscriptum voluit, vt intelligere-

mus, ad exemplum Iustiniani effectum fuisse;  
& eleganter etiam Senatus-Consulta ipsa, quæ  
ibidem contenta sunt, non vulgari, tritoque eo  
nomine *Decisionum*; sed *Definitionum* vocabulo  
expressit: quippèque in hac eadem significatione  
eiusmodi vocabulo constat, iam olim fuisse vsu  
*Ictum Papinianum*, quem acutissimi ingenij Vi-  
rum, & ante alios excellentem appellat *Imp. Iu-  
stinianus in l. cum acutissimi, 30. C. de fideicom.*

2 Hoc enim vocabulum aptissimum quidem est  
ad ea Supremarum Curiarum placita significan-  
da, quæ nostri Pragmatici, *Arresta* denominant:  
quorum scilicet authoritate fit, vt sistantur lites,  
definiantur, & terminentur, ne possint ulterius  
progredi, hætenus, vt ei, qui condemnatus est,  
conquerendi locus nullus sit, nisi precibus Prin-  
cipi in eam rem oblati, illud remedium obtine-  
rit, quod alij *Ciuilem supplicationem*, Nos verò  
*Reclamationem* appellamus, quæ iudicati effectum  
non suspendit, ex *Auth. quæ supplicatio, C. de  
precib. Imper. offer.* Quod inferiorum Iudicum  
sententijs, etiam quas dicimus definitiuis, æquè  
haud conuenit: cum ab illis appellationis reme-  
dium interponatur, cuius regulariter ea vis est,  
vt iudicatum suspendat, ex *Lenic. D. nihil nouari  
appell. interpos. §. l. 1. in fin. D. ad S. C. T. appell.*

A

Planè